Hispalen. Archidiaconatus.

Stantibus &c.

Dubium = *An sit standum, vel recedendum à Decisis in casu &c.*

1 **Eme, & Rme Dne.** CVm in Ciuitate Xeres Hispalen. Diœcesis DD. Didacus de Villauincentio, & Franciscus de Ponce in viridi Iuuentutis flore existentes accensi fuissent feruido amore ergà honestas Puellas Iosepham, & Annam de Medina germanas sorores postquàm continuo obsequio duorum annorum, & vltrà se se illarum animis insinuauerant cęperunt qualibet nocte furtiuo accessu se transferre ad colloquia amatoria cum Puellis propè quamdam humilem fęnestram in via publica correspondentem tamdiù continuantes, donèc tandèm vna nocte in huiusmodi colloquijs deprehensi fuerunt ab Hieronymo de Medina Puellarum Patruo, qui ægrè ferendo huiusmodi scandalum eos acritèr obiurgauit; Vndè inter ipsos acerrima contentio, & disturbatio orta fuit, quemadmodùm deponunt Testes Sacerdotes examinati de mandato Reuerendissimi Archiepiscopi, & nupèr transmissi ad Sacram Congregationem, *Summario Num.*1. *litt.D.F.& H.*

2 Hinc exacerbatis animis Iuuenes discedentes illa nocte ab Amasijs suis, & grauitèr se credentes fuisse offensos ex honesta obiurgatione Patrui, iuuenili ardore coacti peius, quàm anteà ad despectum Patrui continuare destinarunt nocturna amatoria colloquia, & animo occidendi Patruum, si casus dedisset illum habendi obuium, armati Sclopis alia nocte continuarunt accessum ad solita colloquia assumpto sibi in Socium Augustino de Espinosa prorsùs ignaro de hac praua intentione istorum Iuuenum, qua paulò post detecta non omisit eos dissuadere, & remouere, licèt in vanum, ab impio proposito, vt prosequuntur memorati Testes Sacerdotes, *Summ. d. Num.*1. *litt.B. & H.*

3 Et de facto peruentis ad colloquium eisdem Iuuenibus post mediam noctem 20. Iulij 1712. casus dedit ab eis præuisus, quod ad Domum suam tùnc rediret infelix Patruus; Cùmque Augustinus de Espinosa, qui stabat in via prò Custode, seù Excubia nunciasset illis = *viene gente* = ipsi derelicto colloquio se retraxerunt in angulo viæ vnà cum Augustino, & appropinquato Patruo post aliqua verba ad inuicem prolata prædicti Iuuenes emiserunt in miserabilem Patruum duos ictus Sclopi in eius caput collimantes, à quibus statim interfectus in terram collapsus fuit, & peracto scelere, seù assassinio memorati Iuuenes appropin-

quati ad solitam fenestram Puellis alta voce dixerunt = *abbiamo amazzato il loro Zio già siamo persi, vogliono lor Signore venirsene con noi altri? sopra di che gli risposero di nò, per il che se ne partirono via fuggendo via per la strada* =, vt deposuerunt examinatæ in Processu Criminali tùnc temporis compilato per Fiscum duæ Puellæ Amasiæ Iosepha, & Anna, nec non Aloysia, & Bernardina earum Consorores, *Summario Num.2. litt.B.*, *& Num.3. litt.B.*, *& Num.4. & 5.*, nec non Bartholomea Palencia, & Maria Rodriguez Famulæ Domus, vt *Num.6. & 7.* iunctis alijs Testibus, *Summ. Num.8. 9, & 10.*

4 Habita per Fiscum relatione huius Homicidij accessit Iudex cum suis Officialibus ad recognitionem Loci, & Cadaueris, quod repertum fuit humi prostratum cum quatuor vulneribus in capite, & quinque foraminibus in pariete Domus impressis, & Cadauer repertum fuit = *con suo Ferraiolo, e Cappello, sua Spada, e senza Pistole* = *Summario Num.11.*, & deindè Iudex compilauit Processum mediante examine Testium examinatis sex Fœminis, nempè quatuor Neptibus Patrui occisi vnà cum earum Ancillis deponentibus de visu proprio, & compertum extitit ab examine, quod Auctores Homicidij fuerunt supradicti DD. Didacus de Villauincentio, & Franciscus de Ponce, *Summario Num.2. & seqq.*, & in comprobationem examinati fuerunt etiàm alij Testes de publica voce, & fama, *Summario dicto Num.8. 9. & 10.*, de qua deponunt etiàm quinque Testes Sacerdotes in Processu nouissimè facto de mandato Reuerendissimi Archiepiscopi, *Summario dicto Num.1.*, quibus peractis Fiscus commisit priùs diligentias pro Captura Reorum tam in Ciuitate, quàm in Locis Regiæ Ditioni subiectis non solùm facta perquisitione Domorum priuatarum, sed etiàm Ecclesiarum, & Locorum piorum cum assistentia, seù brachio Ecclesiastico, *Summario Num. 12.*, *& 13.*

5 Deindè vocatis Reis per publica Edicta ad comparendum, *Summario Num.14.*, & compilato supradicto voluminoso Processu pronunciauit Fiscus Sententiam Capitalem vnà cum confiscatione Bonorum contrà DD. de Villauincentio, & de Ponce, supradictum verò Augustinum de Espinosa tamquàm minùs culpabilem condemnauit ad relegationem præsidiariam per octo annos in Ciuitate Ceutæ, vt ex sententia Gubernatoris Ciuitatis Xeres, *Summario Num.15.*; quæ sententia fuit postmodùm confirmata in Supremo, & Regio Tribunali Granatæ, *Summario Num.16.*

6 Postquàm prædictus D.Didacus de Villauincentio profugus à Loco delicti extrà Regnum Hispanicum vitam duxerat peregrinam absque eo quod neque reclamauerit aduersùs duas Sententias Capitales, aut pacem obtinere potuerit ab Occisi Consangui-

neis

neis transacto spatio *octo annorum* comparuit in Vrbe tamquàm homo innocens, & adspirando ad habendum prę mium alicuius Beneficij obtinendi porrexit Sacræ Congregationi supplicem libellum, in quo non solùm occultatis Sententijs Capitalibus contrà ipsum emanatis, sed etiàm immutata veritate Facti exponendo, quod vnus ex suis Socijs prouocatus per Patruum Puellarum interfecisset eum Sclopo absque vllo Oratoris consilio, qui propterea nulla excogitabili culpa Homicidij Reus, seù Cooperator dici valeret, petijt declarari ipsum nullam incurrisse irregularitatem, & cum fauorabili relatione Vicarij Capitularis falsò supponentis ob distantiam loci penitùs ignari, vel per omissionem debitæ perquisitionis supradictum Didacum non deliquisse in Homicidio = *nec verbo, nec consilio, nec consensu, nec alio modo* = obtinuit rescriptum omninò subreptitium = *Oratorem non incurrisse in Irregularitatem* = *Summ.Num.*17. & 18.

7 Fretus hoc Rescripto subreptitio vnà cum Testimonialibus Archiepiscopi Hispalen. facilè fuit eidem Didaco obtinere in Dataria prouisionem Apostolicam insignis Dignitatis Archidiaconatus Cathedralis Hispalensis, sed præsentatis Literis Apostolicis pro executione Archidiacono de Vizzaron Exequutori in eis deputato illud Insigne Capitulum, cui notissimum erat hoc atrocissimum Homicidium eidem tamquàm Homicidę recusauit tradere possessionem.

8 Ob hanc itaque Capitularem resistentiam, propter quam Exequutor suspendit exequutionem Literarum Reuerendissimus Archiepiscopus Hispalen. in exonerationem propriæ conscientiæ mandauit R. D. Gallo antiquiori Curato Ciuitatis de Xeres, vt super hoc facto diligentem assumeret informationem à Viris probatis, & optimæ famæ, *Summario dicto Num.*1. Cùm autèm Curatus ab examine quinque Sacerdotum in exequutionem mandati Archiepiscopalis comparuisset Didacum fuisse homicidij Reum, vt in *Summario dicto Num.*1. remisit Processum Testium ad Archiepiscopum, & Exequutor viso Processu se abstinuit ab exequutione Literarum remittendo Sacrę Congregationi decisionem Controuersiæ.

9 In hoc rerum statu D. Ferdinandus Martinez de Auila Principalis noster supplicationem porrexit in Dataria pro obtinenda Prouisione Archidiaconatus nullitèr obtenti ab Homicida, vt in *Summario Num.*19., & post huiusmodi supplicationem porrectam mediante supplici libello supplicauit Sacræ Congregationi, vt Archiepiscopus daret suam relationem super Sententijs Capitalibus contrà D. Didacum Aduersarium emanatis, nec non transmitteret Processum Testium de suo mandato examinatorum.

30 Verùm medio tempore Aduersarius ad impediendam Prouisionem Principalis nostri dedit nouam supplicationem in Dataria pro obtinenda noua Prouisione Archidiaconatus cum absolutione ab Irregularitate ad Cauthelam cum supposito, quod Homicidium fuisse casuale, & patratum non ab ipso, sed altero ex eius Socijs, & hanc supplicationem Eminentissimus Pro-Datarius factam cum his erroneis suppositis, & sic euidentissimè subreptitiam pro absolutione ad Cauthelam remisit ad hanc Sacram Congregationem, vt liquet ex proprio Caractere Eminentissimi Pro-Datarij in corpore supplicationis ibi = *Ad Sacram Congregationem Concilij* = *Summario num.20*.

31 In sequelam Epistolæ Sacræ Congregationis juxtà supplicem libellum, vt supra porrectum ex parte Prinipalis nostri, expectabatur relatio super sententijs Capitalibus, necnon transmissio Processus quinque Sacerdotum ab eodem Archiepiscopo Hispalen., sed licet iste in sua Relatione affirmauerit existentiam sententiarum Capitalium *Summario num.21.* attamen tamdiu distulit transmittere Processum, vt hoc interim Aduersarius festinando Propositionem Causæ in Sacra Congregatione obtinuerit contumaciale Rescriptum = *pro noua Prouisione cum absolutione ad Cauthelam* = juxtà tenorem suæ supplicationis.

32 Quia verò hoc Rescriptum emanauit tempore, quo Sacræ Congregationi non constabat de Homicidio per Aduersarium Commisso, scilicet nequè per Processus Tribunalium Laicorum, nequè per eorum sententias Capitales, nequè demùm per Processum de mandato Archiepiscopi factum facilè fuit obtinere nouam Audientiam aduersùs contumacialem resolutionem exhibito Processu, & sententijs Tribunalium Laicorum; Cum autem nuper superuenerit Relatio Reuerendissimi Archiepiscopi *Summario num.22.* vna cum Processu Testium de eius mandato examinatorum, Causa reproponitur sub præinserto Dubio, quod *pro recessu à decisis* resoluendum omninò speratur.

33 Quo enim ad primum Dubium, in quo queritur = *An oppositio Irregularitati obstaculum præbeat executioni Litterarum Apostolicarum* = Affirmatiua Resolutio intrat de plano, & absque vllo principio difficultatis, dùm Aduersarius postquam Commisso enormi, & detestabili homicidio plures per annos extrà Patriam profugus euitare coactus fuit pœnam Capitis comparuit in Vrbe, & tamquam innocens impetrauit in Dataria Apostolica insignem Dignitatem Archidiaconatus in Metropolitana Ecclesia Hispalensi subreptitiè, & nullitèr occultata Summo Pontifici Irregularitate maxima ex hoc grauissimo homicidio incursa vna cum infamia inde contracta per totam Diœcesim Hispalensem, certum est enim, quod Irregularis est ipso Iure incapax assequendi quæcunque Beneficia, & præsertim Dignitates in Ca-

the-

thedralibus, & Metropolitanis iuxtà Theoricam Innocentij in Cap. cum in nostris de concess. Præbend., & Concil. Tridentinum sess. 14. cap. 7. de reformat. Belleti. disquisit. Clerical. part. 2. tit. de pæn. Clericor. §. 23. num. 1. Farinac. in prax. titul. de homicid. quæst. 119. num. 58. Pignatel. consult. 19. num. 6. tom. 7. Panimoll. decis. 73. n. 7. Garz. de benefic. part. 7. cap. 11. n. 6. ibique num. 52. refert resolutionem Sacræ Congregationis Sayr. de Censur. lib. 1. cap. 2. num. 21. Bonacin. de Irregularit. disput. 7. quæst. 1. punct. 4. num. 6. Monacell. in formular. for. Eccles. part. 3. in prælud. num. 183.

14 Absurdissimum namque est, vt Homicida damnatus in pænam Capitis impetrauerit conspicuam Dignitatem Metropolitanæ, itaùt maior, & magis classica subreptio dari, & excogitari non possit concurrente Irregularitate, ac simul infamia ex hoc delicto inflicta per dispositiones Canonicas, vt in Can. infames 6. quæst. 1., & cap. infamibus 87. de regul. Iur. in 6. his enim Irregularibus, & simùl infamia notatis ob delictum portæ non patent Dignitatum ad Text. in l. Iudices 2. de Dignitatibus lib. 12. Immò sicut ratione homicidij Clericus priuandus est illis etiam Beneficijs, quæ habebat Lotter. de re benef. lib. 3. quæst. 33. n. 59. & seqq. certè ad beneficium, & Dignitatem in futurum obtinendam absque dubio remanet perpetuò inhabilis, & incapax Gloss. in Can. satis peruersum distinct. 56. Lotter. de re benefic. lib. 3. quæst. 33. num. 59., & seqq. Rot. decis. 323. num. 20. part. 16. & decis. 172. num. 4., & seqq. part. 17., & in Senogallien. Canonicatus de Lucchis 23. Iunij 1710. §. Ex quibus coram Reuerendissimo D. Aldurando Decano.

15 Quod autem Aduersarius vna cum Francisco de Ponte eius Socio Patrauerit hoc qualificatum, & abhominabile homicidium Hieronymi de Medina suarum Amasiarum Patrui hodiè ad euidentiam iustificatum remanet ex duobus Processibus; Altero Tribunalium Laicorum, nempe Gubernatoris Ciuitatis Xeres, & Regij Tribunalis Granatæ, & altero compilato de ordine, & mandato Reuerendissimi Archiepiscopi Hispalen. vna cum sententijs eorumdem Tribunalium Laicorum condemnatorijs Aduersarij in pænam vltimi supplicij, & propterea hic non agitur de aliquo crimine dubio, aut deducto per indicia, & præsumptiones, aut publicam vocem, & famam, sed agitur de crimine capitali iudicialiter probato cum suo Processu, & sententijs vsque ad pænam Capitis; itaùt agatur de delicto, & horrendo crimine homicidij publico, & notorio cum tale dicatur illud, quod resultat ex Processibus, & sententijs facientibus rem notoriam, & manifestam, vt in puncto sententiæ Criminalis Farinac. de delict. quæst. 21. num. 35. Raynald. obseru. Crimin. in supplem. ad cap. 16. supplet. 3. num. 15. Pignatell. consult. 43. num. 3. tom. 7.

 Rot.

Rot. coram Celſ. deciſ.240. num.8., & in recen. deciſ.465.num.5. part.19., & in Romana Reintegrationis 14. Iunij 1700. §.Proùt neque coram Eminentiſſimo Scotto.

16 Examinando Proceſſum Tribunalium Laicorum habemus, ex illo perfectiſſimè probatum ſcelus homicidij ab Aduerſario vnà cum eius Socio Franciſco de Ponce patrati poſt mediam noctem 20. Iulij 1712. Ibi enim habetur confeſſio emanata ex ore proprio Delinquentium, quià nempè dùm ipſi erant in colloquijs amatorijs cum Maria Ioſepha, & Anna Sororibus de Medina poſt medium noctis Hieronymum earum Patruum ad lares ſuos redeuntem barbarè interfecerunt ictibus igneorum ſcloporum in Caput infelicis Patrui collimatis, quo ſtatim necato ad feneſtram Amaſiarum accedentes dixerunt = *abbiamo ammazzato il loro Zio già ſiamo perſi, vogliono lor Signore venirſene con noi altri? ſopra di che gli riſpoſero di nò*, = vt teſtantur in Proceſſu ſupradictæ Maria Ioſepha, & Anna Sorores de Medina, *Summario num.2. littera B., & num.3. littera B.*, & teſtantur Aloyſia, & Bernardina aliæ duæ Sorores de Medina, *Summario num. 4., & 5. littera B.*, & paritèr teſtantur Bartholomæa, necnon Maria duæ famulæ Domus inſeruientes Puellis earumque Familiæ, *Summario num. 6., & 7. littera B.* ex quibus Teſtibus indubitantèr concludentiſſima, & perfectiſſima ſubſtantiatur probatio homicidij ab Aduerſario patrati, dùm omnes ſex fœminæ ſunt illæ, quæ deponunt de viſu, & ſolæ reperiebantur præſentes, & audientes illis horis valde nocturnis, ſeù poſt mediam noctem, vbi dicitur agi de materia occulta, de qua deponere non valent, niſi qui præſentes fuerunt, & vbi propterea plenam conſtituunt probationem etiam Teſtes fœminæ, & Pueri, vt ex Theorica *Felin. in cap. Quoniam ſub num. 2. de Teſtib.* communitèr firmarunt *Rip. de tempor. noctur. cap.56. num.6., & ſeqq., Alexand. conſ.24. num.11. lib.2., Decian. conſ.63. num.37. verſic. ſecundò reſpondeo, Maſcard. de probat. concluſ. 762. num. 16., Farinacc. de Teſtib. quæſt.59. num.8., Spad. inter conſil. crimin., Farinac. lib.2. conſil. 156. num. 40., Baiard. ad Clar. in prax. crimin. §. final. quæſt. 24. num. 9., Chartar. deciſ. criminal. 12. num.14., & 15., Rot. deciſ.9. num. primo poſt ſecund. volum. conſil. Farinac.*

17 Cum igitur huiuſmodi fœminæ, quæ ſolæ vigilabant, & præſentes erant poſt medium noctis referant totum factum iunctis Amaſijs, & quarum cauſa ſucceſſit homicidium, & non ſolùm deponant de ſtrepitu ſcloporum ex ictibus poſt verbalem rixam cum Patruo, ſed etiam deponant adeò præciſè de confeſſione Aduerſarij, eiuſque Socij, quod vterque necaſſet Patruum ex relatis verbis = *abbiamo ammazzato il loro Zio, già ſiamo perſi* = hinc reſultat ex Proceſſu clara confeſſio homicidij ex ore Ad-

uer-

uersarij, eiusque Socij probata ex quatuor, vel sex fœminis huiusmodi confessionem audientibus in actu delicti commissi, quià certum est, delictum homicidij remanere probatum etiam ex confessione extraiudiciali Delinquentis iuxtà Theoricam *Innocent. in cap. per inquisitionem sub num. 2. versic. sed quomodò respondebitur de elect., & in cap. at si Clerici in princip. de Iudic. ibique Ancharan. sub num. 8. versic. Item, & confessio Clar. in practic. Crimin. §. Final. quæst. 21. num. 20.*, & post alios, *Farinacc. tom. 3. quæst. 81. num. 206., & sequentibus, Conciol. resolution. Criminal. §. Confessio resolution. 12. num. 4., & seqq., Mascard. de probat. conclus. 346. n. 6., Guazzin. ad defens. reorum defens. 32. cap. 33. num. 1. vers. Immò.*

18 Certum quoque est confessionem Delinquentis extraiudicialem satis esse probatam per duos Testes de auditu ab ipso Delinquente, seù homicida; Ergò multò magis per quatuor, vel sex fœminas contestes tempore loco, & verbis in eo momento, quo Rei Delinquentes homicidium commiserant, vt sinè contradictore firmarunt *Paris. cons. 60. num. 45. lib. 4., Mascard. de probat. conclus. 379. num. primo, Farinacc. de Testibus quæst. 64. num. 118., Menoch. de præsumption. lib. primo præsumption. 89. num. 21., & præsumption. 91. num. 2., Conciol. allegation. 88. num. 10., & resolution. Criminal. §. Confessio resolution. 13. num. 11., de Angel. de confess. lib. primo quæst. 7. effect. 2. nu. 28., Raynald. vot. posthum. 153. num. 4., Rot. decis. 1293. part. 3. lib. 3. diuers.*, ibi = *Item in Vrgellen. homicidium per Testes de auditu ab ipso Homicida &c. probatur* = *Borelf. in summ. decis. part. 2. tit. 2. num. 198.*

19 Est autem fabulosum illud subterfugium in re adeò patentissima prætendere, & figurare, quod cum ictus sclopорum fuerint duo, propter eà vnus referendus sit ad Franciscum de Ponce Socium Aduersarij, & alter ad ipsum Hieronymum Occisum tamquàm iste haberet quoque suum sclopum, & reciprocasset ictum contrà supradictum dumtaxat Socium Aduersarij, hoc enim est erroneum suppositum contrà ipsam rei euidentiam, & quidem probatam ex tot tantisque probationibus, & circumstantijs, vt omnia concludant homicidium fuisse æqualitèr, & contemporaneè commissum ab Aduersario, & eius Socio dumtaxat armatis igneo sclopo.

20 Et primò id conuincitur ex facto, quià nempè Hieronymus de Medina occisus repertus fuit humi prostratus in via sinè sclopo, quem non habebat, & cum solo ense, *Summario num. 11. littera B.*, ibi = *Vidde morto nella strada il detto Don Girolamo &c. con suo ferraiolo, e Cappello sua Spada, E SENZA PISTOLLE* = Si ergò Hieronymus occisus non habebat sclopum impossibile est ponere antè oculos hanc inuentionem quod ictus

sclopořum prouenerint vnus ab Occiso, & alter à Socio ipsius Aduersarij ad *Text. in leg. Cum falsa Cod. de Iur.*, *& fact. ignor.*, *Menoch. consil.* 364. *num.* 60., *Rot. decis.* 247. *num.* 10. *coram Bich.*, *& dec.* 240. *num.* 8. *part.* 16. *recent.*

21 Secundò quandò Fiscus deuenit ad recognitionem cadaueris illud inuenit vulneratum in capite quatuor ictibus plumbeis, & in pariete Domus Blasij Lopez de Zabrida vbi repertus fuit cadauer inuenta fuerunt quinque foramina facta à pilis plumbeis absque eo quod in aduerso pariete alterius Domus inuenta fuerint alia reciproca signa, quæ adesse debeant si ex parte occisi exoneratus fuisset aliquis Sclopus, vt habetur ex] iudiciali recognitione tunc facta per Fiscum *Summario num.* 11. *litt. A.*, ipse enim aspectus loci conuincit negatiuam erronei suppositi, quod occisus haberet Sclopum, quem exonerauerit contra Aggressores, *Farinacc. de Inquisit. quæst.* 2. *sub num.* 6. *Honded. cons.* 106. *num.* 19. *lib.* 1. *Guazzin. defens.* 4. *cap.* 2. *num.* 17. *Vermigliol. cons.* 11. *nu.* 9. *cum alijs apud Conciol. resolut. Criminal.* §. *Corpus delicti resolut.* 3. *num.* 1.

22 Tertiò fuisse tantum Aduersarium eiusque Socium illos, qui habebant igneos Sclopos illosque exonerarunt ad interficiendum infælicem Patruum suarum Amasiarum probat mirabiliter Processus de mandato, & Authoritate Superioris Ecclesiastici, fabricatus, cum examine quinque Sacerdotum, qui deponunt de publica voce, & fama, quod memorati duo Delinquentes noctibus præcedentibus deprehensi in colloquijs Amatoris cum Neptibus Hieronymi occisi, & ab isto acriter obiurgati habuerunt cum illo rixam, seù contentionem, vt in *Summario num.* 1. *litt. D. F.*, *& H.* stante hac autem rixa præcedenti intèr Aduersarium, & Hieronymum occisum, dum ipse post cum Socijs armatis Sclopis tempore nocturno accesserunt ad prohibita colloquia, & iterùm ibi deprehensi necarunt illum antè limen propriæ Domus indubitatum est ab vtroque, & non Socio tantùm processisse ictus Scloporum, & necem miseri Patrui, vt ex causa huius pręcedentis rixæ Aduersarium, & Socium commisisse homicidium deponunt de publica voce, & fama memorati Sacerdotes examinati in Processu Ecclesiastico *Summario num.* 1. *litt. D. F. & H.* & ità assistit præsumptio Iuris, quæ ex rixa præcedenti præsumit necem fuisse commissam ab illis, cum quibus præambula rixa, & inimicitia sequuta fuit, vt firmant *Farinac. cons.* 30. *num.* 95. *& seqq.*, *& consil.* 61. *num.* 1. *&* 4. *& quæst.* 126. *num.* 94. *& n.* 177. *Raynald. vot.* 12. *num.* 8. *& obseruat. Crimin. lib.* 1. *cap.* 6. §. 3. *&* 4. *num.* 3. *Cabals. de homicid. num.* 290. *Matteu. de Regimin. Regn. Valent. cap.* 8. §. 8. *n.* 78.

23 Quartò hoc ipsum probat alia circumstantia, quam referunt memorati Testes Processus Ecclesiastici, quod nempè Aduersarius, & So-

& Socius illa nocte, qua commiserunt homicidium incedentes per viam armatis Sclopis assumpserunt sibi in Socium Augustinum de Espinosa eorum prauæ intentionis nescium, qua detecta ad occidendum Hieronymum fecit quantum potuit vt eos remoueret ab hoc crudeli proposito *Summario num. 1. litt. B.* ibi = *Doue il detto Agostino scoprì l'intenzione delli prefati D. Francesco, e D. Diego non potendo dissuadergli, ò rimouergli da quella se n'andò*, *& litt. H.* ibi = *Quando seppe il d. Agostino l'intenzione delli predetti D. Francesco, e D. Diego non potendogli rimouere da quella se ne partì* = dum itaque tùm in Aduersario, quam Socio probatur iste animus deliberatus occidendi ineuitabile est, quod vterque ipsorum ictibus Scloporum necauerit miserum Patruum crudeli genere Assassinij ad vindictam præcedentis obiurgationis, quam ab Illo receperant paucis antè noctibus, vbi deprehensi fuerant in his nocturnis amatorijs colloquijs, vt aduertunt *Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 361. num. 36. Clar. in prax. §. Homicidium num. 6. versic. ex proposito Mascard. de probat. conclus. 98. n. 22.* & plenè *Farinac. de homicid. quæst. 126. num. 169. & seqq. Raynald. obseruat. Crim. to. 1. cap. 6. §. 3. num. 2.*

4 Quinto solos Aduersarium, & Socium commisisse homicidium probat immediata ipsorum fuga extrà Patriam, & Regnum Hispanicum, ità, & talitèr quod Aduersarius numquam reuersus fuerit ad Patrios lares; Ex hac autem fuga vtriusque oritur indubitata præsumptio homicidij concorditèr patrati ab effugientibus non autem ab vno tantum, vt de hoc publicam fuisse vocem, & famam testantur memorati Testes Sacerdotes Processus Ecclesiastici *Summario num. 1. litt. A. C.* ibi = *Fù publico in questa Città, che l'ammazzorono D. Francesco Ponce de Leon, e Don Diego de Villauincenzo &c. la quale voce si confermò dalla fuga che li sopradetti presero da questa Città* = *& litt. E. H. & I.* ibi = *E si confermò subito colla fuga, che da quella ambedue presero* = & quidquid dicunt Testes probatur ex præsumptione Iuris iuxtà quam fugam arripientes post commissum delictum præsumuntur fuisse eius Auctores, vt præter repetentes in *leg. quis sit fugitiuus §. Siculi ff. de ædilit. ædict.* firmant *Farinac. de indic. & tortur. quæst. 38. num. 1. & seq. Clar. in prax. §. final. quæst. 21. vers. Fugam Mascard. de probat. conclus. 499. num. 4. & 8. Menoch. de arbitr. cas. 474. num. 48. vers. fugam Peguer. decis. Criminal. 17. num. 31. Chartar. decis. Criminal. 79. num. 23. & seqq. Conciol. resolut. Criminal. §. fuga num. 8. & seqq. Caren. de Offic. Sanct. Inquisit. par. 3. tit. 10 num. 83.*

15 Sextò id maxime conuincit sententia Gubernatoris Ciuitatis de Xeres, quæ condemnauit in pœnam capitis Aduersarium cum eius Socio, veluti certos Occisores Hieronymi, Augustinum verò, qui custodiæ causa assistentiam præstiterat Delinquentibus

tam-

tamquam minus culpabilem condemnauit ad relegationem temporalem, *Summario num.* 15., quæ sententia confirmata extitit per Regium Tribunal Granatæ, quod reformauit quidem sententiam quoad pœnam pecuniariam in ea cumulatam, sed confirmauit quoad pœnam vltimi supplicij *Summario num.* 16. Sicut autem ex qualitate pœnæ impositæ dignoscitur qualitas delicti, quià pœna delicto commensuratur *Can. Non afferamus* 14. *qu.* 1. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *cas.* 90. *num.* 38., ita, dùm excepto Augustino, Aduersarius, eiusque Socius fuerunt æqualiter eadem pœna capitis condemnati certissima hinc demonstratio assurgit, quod isti æqualitèr fuerint Interfectores Hieronymi, cum paritas pœnæ paritatem delicti ostendat, ac probet *l. Nihil interest ff. de adult. l. Si quemquam in fin. Cod. de Episcop. & Cleric. Barbos. axiom.* 68. *num.* 3. *Rot. decis.* 195. *sub num.* 2. *post secundum volum. consil. Farinacc.*

26 Septimò vrget circumstantia, quod tàm Aduersarius, quàm Franciscus Ponce eius Socius post arreptam fugam extra Patriam, & Regnum sententias capitales ausi non fuerunt impugnare, seù appellare, vt sine dubio fecissent vnus, vel alter, si aliquis ex ipsis non fuisset Socius homicidij, sed pacificè acquieuerunt Iudicatis criminalibus, ad *Text. in cap. Cum olim versic. Et licet absenti de re iudic. Gabriel. de sentent. conclus.* 3. *num.* 2. *Ioseph Ludouic. conclus.* 3. *ampliat.* 11. *Farinacc. de Inquisit. quæst.* 11. *n.* 97. *Scacc. de Iudic. lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 120. *Rot. decis.* 486. *num.* 9. *par.* 14., *& decis.* 313. *num.* 8. *par.* 18., *& in Romana Reintegrationis* 14. *Iunii* 1700. §. *Proùt neque coram Eminentissimo Scotto*; Et solùm fecerunt diligentias pro habenda pace cum Consanguineis Hieronymi Occisi, ex qua pacis petitione indubitanter certa delicti probatio, seù confessio euincitur, vt deponunt Testes Sacerdotes Processus Ecclesiastici *Summario num.* 1. *litt. I.* ibi = *Si publicò in questa Città, che l'haueuano occiso Don Francesco Ponce de Leon, e Don Diego de Villa Vincenzo Chierico d'Ordini minori con due tiri, che ad vn'istesso tempo gli spararono, e questa publica voce, e fama perseuera, e dura sin ad oggi in questa Città, e si confermò subito alla fuga, che da quella ambedue presero, E COLLE DILIGENZE, CHE LI DETTI DVE HANNO FATTO PER RICONCILIARSI COLLI PARENTI del detto Defonto* = & de facto pacem obtinere potuit ab his Consanguineis solus Franciscus de Ponce Socius criminis, numquam verò eam obtinere potuit Aduersarius, vt deponunt memorati Testes Processus Ecclesiastici *Summario num.* 1. *lit. D.* ibi = *E parimente sà il Testimonio &c. che li Parenti del Defonto si sono mantenuti senza la reconciliazione con li predetti, sin à tanto che passato qualche tempo &c. si riconciliarono con Don Francesco Ponce* = *& lit. N.* ibi = *Li detti Parenti sempre sono stati in inimicizia con*

li

li detti Don Francesco, e Don Diego, e sà il Testimonio, che li detti Parenti si trouano al presente riconciliati con il detto D. Francesco Ponce, e non li costa, se la detta reconciliazione l'abbiano fatta con il detto Don Diego = & lit. I. = hæc autem circumstantia ad euidentiam comprobat commune delictum homicidij ab vtroque tàm Aduersario, quàm eius Socio patrati; Immò magis principaliter àb Aduersario, qui reconciliationem, & pacem hactenùs impetrare non potuit à Consanguineis Occisi, vt tradunt *Menoch. de præsumpt. lib. primo quæst. 89. num. 83. & seqq. Clarus in prax. §. final. quæst. 21. vers. Pax, Blanc. de indic. num. 307., Raynald. vot. 156. num. 5 & 18., Mascard. de probat. conclus. 501. num. primo, Rot. decis. 21. num. 3. post primum volum. consil. Farinacc.*

27 Probato autèm, quod Aduersarius commiserit hoc enormissimum homicidium, fuerit damnatus in pœnam capitis, neque obtinuerit pacem à Consanguineis Occisi iuncta diffamatione publica per totam Ciuitatem, & Diœcesim, vt conuincitur ex duplici Processu Tribunalis Laici, & Ecclesiastici ad nihil inseruit allegare suppositam nullitatem Processus; & sententiarum in Tribunalibus Laicis emanatarum contra Clericum; Etenim constat in facto, quod Aduersarius tàm ante, quam signantèr de tempore commissi homicidij dimisso habitu, & Tonsura Clericali incedebat vti Laicus; Immò indutus habitu militari, vt probant duo Testes Sacerdotes *Summario num. 23.*, & ipsa rei verisimilitudo satis ostendit respectu Nobilis Iuuenis amore prosequentis Puellam de Medina, quam desponsare etiam promiserat, vt ipsa testatur cum tribus suis Sororibus *Summario num. 2. litt. A.*, quià regularitèr Iuuenes Amasij habitu, & corpore non modestiam status Clericalis, sed Laicalem, & Equestrem habitum ostentare solent iuxtà illud Cornelij Galli =

Ibam per totam vernili corpore Romam
Spectandus cunctis vndiquè Virginibus.

28 Quod adeò verum est, vt Fiscus Laicus processerit contrà Aduersarium absque scientia Clericatus, & contrà illum tamquàm delinquentem Laicum, seù habitu Laicali indutum, nec oppositus fuit Clericatus ab ipso eiusque Consanguineis, quando Curia Sæcularis accessit ad Domum ipsius Aduersarij ad effectum describendi, & confiscandi Bona neque eius Mater; neque germanus frater ad impediendam huiusmodi confiscationem opposuit priuilegium Clericatus, vt deponunt dicti duo Testes Sacerdotes *Summario num. 23.*; Minùsque Curia Ecclesiastica reclamauit aduersùs Processum, & sententiam, prout facere tenebatur, si in habitu Clericali Clericus deliquisset, quia tenebatur petere à Iudice Sæculari, vt Processum sibi remittere, & sententiam pœnitùs aboleret, vt firmat *Alexand. de Neuo consil. 56. per totum Raynald.*

nald. obseruat. Crimin. in supplem. ad cap. 1. num. 474. & Suplem. ad cap. 2. supplet. 2. num. 17. & 18. Genuen. in prax. Archiep. cap. 6. sub num. 5. Sperell. decis. 18. num. 7. Farinacc. de Inqtisit. quæst. 8. num. 33. & 35. Pignalel. consult. 20. num. 1. & seqq. tom. 3. Danza de pugn. Doctor. tit. de Cleric. cap. 4. num. 3. Monacell. in formular. for. Eccles. par. 2. tit. 15. formul. 4. num. 12. & seqq. & formul. 8. num. 2. Panimoll. decis. 14. annot. prima numer. 1. & sequen.

29 Ex quo verificatur, quod Aduersarius tempore commissi homicidij dimisso habitu Clericali indutus Laicali, & militari amiserat ipso Iure Priuilegium Fori iuxta dispositionem Sacri Concilij Trid. *sess. 23. cap. 6. de reformat.*, dùm ità depounnt allegati duo Testes Sacerdotes, & ità declarauit notabilis circumstantia, quod nec Parentes Occisi, nec Curia Ecclesiastica opposuerunt Clericatum, & declinatoriam Fori respectiuè ad effectum inhibendi Iudici Laico Processum, & Sententiam, aùt ista penitùs abolita petendì remissionem Processus, sed quod magis est accedit pratèr negatiuam etiam circumstantia affirmatiua, quod Curia Ecclesiastica dedit manus adiutrices Iudici Laico, dùm pro facienda perquisitione Aduersarij in Locis Immunibus, nempè Ecclesijs, Monasterijs, & Collegijs assistentiam illi præstitit Vicarius Generalis, *Summario num. 24. litt. E.* ibi = *assistita dal Vicario Ecclesiastico per trouare il detto D. Diego, e riconoscere se staua in qualche Chiesa, ò Luogo Sagro,* = & propterea, dùm habemus, quod Aduersarius ob incessum in habitu Seculari amiserat priuilegium Fori, idque recognouerunt Parentes, & ipse Superior Ecclesiasticus, cuius tantùm erat interesse circa suam Iurisdictionem, indubitatum remanet, quod validissimus fuit Processus Iudicis Laici, eiusque Sententia Capitalis, vt firmat *Panimoll. decis. 14. annotat. prima num. 36.* ibi = *Clerici igitur non habentes requisita Sac. Concilij Tridentini tunc demùm subijciuntur punitioni Iudicum Laicorum non obstante eorumdem Clericorum allegatione Clericatus, vel si Episcopi non procedant ad punitionem, & correctionem dictorum Clericorum, vel negligant è manibus Curiæ Sæcularis repetere non se declarando, aùt instantiam faciendo, quo casu Iudices Laici liberam habent facultatem contra eosdem procedendi, mulctandi, & condigna pœna plectendi, eo quod in eorum præiudicium tantùm amiserint Ius allegandi priuilegium Fori, iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini in dicta sess. 23. cap. 6. de reformat., cuius vigore Clericus non habens requisita ab eodem præscripta ipso Iure amittit priuilegium Fori absque alia monitione.*

30 Et optimè in terminis validitatis Processus Iudicis Laici contra huiusmodi Clericum delinquentem in habitu Laicali, & cuius

Cle-

Clericatus non fuit oppositus firmauit *Croff. de effect. Clerical. effect.1. num.234.*, & *236.* ibi = *limitatur modo prædicta ampliatio, & primò quando Processus esset formatus contra Clericum, qui dimiserat habitum, & Tonsuram &c. limitatur tertiò, quando nescitur, an Clericus citatus sit Clericus, nec allegatur priuilegium Clericatus, quia interim habetur pro Laico ET VALET PROCESSVS* = *Cardin. Zabarell. in Clementin. prima §. Nonnulli numero primo, vers. et dic de excess. Prælat.* ibi = *& dic per d. cap. si Iudex quod si nescitur esse Clericus, nec allegatur, TENET PROCESSVS IVDICIS LAICI, quia interim habetur pro Laico* = *Calderin. consil.12. sub numero primo de Iudic., & for. competen.* ibi = *Iura detestari quem esse modo Clericum, modò Laicum, item cum incedisset, deliquisset incedendo sine Tonsura, & nesciretur Clericus, & fuisset contumax, & maximè in minoribus, qui recedere potest ab habitu Clericali &c.* POTVIT PER IVDICEM LAICVM PVNIRI = *Decius consil.125. num.7., Ambros. in. de Immunitat. cap.16. sub num.17. versic. quia et si, Zuff. de legitim. Process. quæst.176. num.19., & 20., Monacell. in formular. fori Eccles. part. 2. tit.15. formul.8. num. 8. versic. quando Processus, & versic. Verum tu.*

31 Sed quando etiam ex erroneo supposito dicendum foret ex defectu Iurisdictionis non valere Processum, & Sententiam Tribunalium Laicorum mutando factum, & supponendo, quod homicidium commissum fuisset in habitu Clericali, & Laicus processisset scienter contra Clericum (*quæ omnia sunt in contrarium*) adhùc huiusmodi nullitas ad rem nostram nihil releuaret, dum ista quidem suffragatur, quando ageretur de condemnando Aduersario in pęnam vltimi supplici in executionem Processus, & Sententiarum, in quibus terminis loquitur *Textus in Cap. At si Clerici de Iudic.*, non autem suffragatur, quando vt in præsenti agitur de probando puro facto homicidij ab Aduersario commissi ad effectum ex hoc facto dignoscendi Irregularitatem maximam ab ipso incursam, ea ratione, quod ad probandum factum sufficit etiam actus nullus ex defectu Iurisdictionis, vt obseruat *Rota coram Emerix Iunior. decis.1195. num. 3.* ibi = *quæ etsi lata per Laicos sufficit tamen pro simplici facti probatione & dec.1271. num.3.* = ibi = *quæ etsi lata à Iudice Laico, & defectu Iurisdictionis sit nulla, deseruit tamen pro facti verificatione* = & apud Mel *de controu. Patron. allegat.97. num.17.*, & in præcisis terminis nostris, quod probatio deducta ex Processu Iudicis Laici contra Clericum faciat fidem de delicto coram Iudice Ecclesiastico notauit *Ancharar. in cap. at si Clerici num.7. in fin.*, & *num.8. de Iudic.* ibi = *Tertio extra Glossam ad illud opponitur, & videtur, quod talis confessio, vel probatio emissa in Iudicio faciat fidem coram*

Iudice Ecclesiastico, *quia etiam Iudicium hæreticorum certificat Ecclesiam*, *& Sententia in vno Iudicio data facit fidem in alio &c. similiter fit fides Iudici Sæculari per Iudicem Ecclesiasticum* =

32 In quo clarus est *Textus in §. Si verò crimen auth. de Sanctiss. Episcop.*, vbi Clericus confessus coram Iudice Laico remittitur cum Processu ad Episcopum, vt in iudicando Episcopus illi Processui innitatur, & aduertit *Mascard. de probat. conclus. 498. num. 6., & 7.*, vbi plures allegat *Bald. in authent. Clericus num. 11. C. de Episcop., & Cleric.*, vbi quod Iudex Ecclesiasticus tenetur stare actis, seù Processui Iudicis Laici ad Instructionem, non autem ad punitionem *Farinacc. de Inquisit. quæst. 7. nu. 43. in fin., Crass. de effect. Cleric. effect. 1. num. 231. & 232.* ibi = *& intelligas vt ad propositum nostrum redeamus, quod Iudex, cui fit remissio non tenetur stare Processui sibi transmisso ad effectum condemnandi, vel absoluendi, secùs si transmissio Processus fit AD INSTRVCTIONEM IPSIVS IVDICIS &c. QVIA TVNC TENETVR EI STARE Bald. in auth. Clericus &c. Farinac. quæst. 7. numer. 43. in fin., vbi asserit istam esse communem opinionem* = pro vt nemo dubitauit, quod Iudex Ecclesiasticus attendat Processum Iudicis Laici in linea Instructionis, & probationis Facti contra Clericum, vt docuit *Bald. in leg. eos §. Super ijs num. 2. versic. Ego puto C. de appellation., Pignattell. consult. 128. num. 13., & seqq. tom. 1.*, vbi refert resolutiones Sacræ Congregationis *Genuen. in prax. Cur. Archiepisc. cap. 6. num. 3.*, & admittit *Sperell. dec. 18. sub n. 10. vers. cessante autem.*

33 Alia insupèr vrgentissima circumstantia conuincit standum esse Actis, & Processui Iudicis Laici in Curia Ecclesiastica ad meram probationem facti, seù delicti per Clericum patrati, quia nempè non agitur de Processu recentèr facto per Fiscum Laicum, vbi facile sit repetere, & examinare Testes super delicto, sed agitur de Processu facto quatuordecim retrò annis super delicto, de quo tamquam peracto horis valdè nocturnis deponere non potuerunt, nisi suprarelatæ fæminæ præsentes, & vigilantes, & de facto, & & visu proprio informatissimæ pro habenda probatione conuincenti, & plenaria; Vnde iste Processus absque dubio probat delictum in Curia Ecclesiastica, & maximè apud Sacram Congregationem post tot annos, vbi non possunt reperiri alij Testes, qui sint informati de homicidio, & duæ ex illis quatuor Puellis, quæ deposuerunt in Processu Iudicis Laici hodiè sint defunctæ, & & cum depositione iàm facta decesserint, vt in terminis firmat *Crass. de effect. Clerical. effect. 1. num. 239.*, quem refert, & sequitur *Monacell. in formular. for. Eccles. tom. 2. tit. 15. formul. 8. n. 8. vers. Si verò.*

34 Ex quibus clarum remanet, quod vel Processus, & Sententiæ Tribunalis Laici fuerunt validæ etiam in linea Iurisdictionis tamquam contra spoliatum Priuilegio Clericatus quoad Forum ob assumptionem habitus sæcularis, aut ad omne peius indubitanter Processum desuper factum vnà cum Iudicio duorum Tribunalium probare homicidium ab Aduersario patratum in linea meri facti, ex quo descendit Irregularitas, sed maximè quando Testes conuincunt delictum ex confessione propria ipsius Aduersarij, vndè hæc confessio semper clamat pro delicto in linea probationis etiam desumptæ ex Processu nullo, cùm saltèm illi Testes tamquam extraiudiciales reputandi semper conuincant delictum apud Iudicem Ecclesiasticum, perindè acsi per hypothesim auctoritate priuata nos hodiè adduceremus huiusmodi Testes deponentes de facto, & visu proprio, quibus tamquàm vnicè informatis standum foret, & saltèm ad abundantiorem cauthelam posset tali casu Iudex Ecclesiasticus demandare eorum formale examen, seu repetitionem, vt concludunt omnes Canonistæ in *cap. At si Clerici de Iudic.* nempè *Panormitan. num. 16.*, *Felin. num. 5., & seqq.*, & alij *Zuff. de legitim. Process. quæst. 96. num. 16., & 17.*, *Monacell. in formular. tom. 2. tit. 15. formul. 8. num. 8.*, *Farinac. de Inquisit. quæst. 7. num. 43. versic. sublimita*,

35 Verùm cessat omne imaginabile dubium super puncto probationis huius Homicidij ab Aduersario commissi eo ipso, quod Reuerendissimus Promotor fiscalis Ecclesiasticus stare voluit actis, & Processui Tribunalium Laicorum, dùm in sequelam Rescripti Sacræ Congregationis pro iustificatione facti requisiuit Processum ab ipsa Curia Laicali, & Iudex Laicus mandauit Processum eidem consignari, vt in *Summar. Num. 24.*, & ipse Reuerendissimus Archiepiscopus in sua Relatione de mense Februarij 1725. huic Sacræ Congregationi exhibita, & data in *Summar. Num. 20.* hæc ait, ibi = *Audio ipsum Didacum Villauincentio Sententiam Capitalem in sæculari Granatensi Tribunali aduersùs ipsum inauditum tamèn prolatam confessum fuisse QVÆ QVIDEM CERTA EST, ob quod vtile ipsius copiam transmittere non duxi*, = & insuper memoratus Archiepiscopus mandauit compilari Processum Didaco Gallo antiquiori Parocho Ecclesiarum Ciuitatis de Xeres, prout compilatus fuit Processus quinque Testium Sacerdotum, qui de publica voce, & fama concluserunt Homicidium fuisse commissum ab Aduersario cum omnibus circumstantijs id conuincentibus comprobatiuè ad Processum Tribunalis Laici, & omnia in eo contenta, vt in *Summar. Num. 1. litt. A., & seqq.*, quotiès autèm vnà cum Processu Iudicis Laici concurrit etiam Processus Iudicis Ecclesiastici, non potest ampliùs intrare quæstio aliqua super probatione homicidij, dùm tali casu Processus Curiæ Ecclesiasticæ dicitur legitimare Processum Curiæ Laicalis,

lis, & Archiepiſcopus mediante requiſitione Proceſſus Curiæ Laicalis, nec non proprij Proceſſus compilatione dicitur ratificaſſe, & pro repetitis habuiſſe Teſtes Proceſſus Laicalis, & vnum cum alio Proceſſu ſuppleuiſſe ad plenariam probationem delicti, vt probant in terminis *Zuff. de legitim. Proceſſ. quæſt.176. numer.20.*, *Monacell. in formular. part.2. 17. 15. formul.8. num.8. verſic. & repeti poſſunt*, *Pignatel. conſult. 32. num.57.*, *& 61. tom.7.*

36 Quibus ſtantibus ſuperflua remanent, & omninò ſpernenda ratiocinia, colores, & excuſationes, cum quibus offuſcari prætenditur probatio certa huius homicidij ab Aduerſario patrati, quia procuratio Teſtium, & atteſtationum ad complacentiam ipſius Aduerſarij deponentium ſuper eo, de quo nullam habent certam ſcientiam tamquàm cognito illis Teſtibus tantùm examinatis in Proceſſu Iudicis Laici remanet omninò affectata, & vana defenſio poſt ratificatum delictum, & Sententias emanatas in fuga, & contumacia 14. annorum, reſcriptum Sacræ Congregationis, quod Aduerſarius non incurriſſet irregularitatem emanauit ſubreptitiè ad falſam ſuggeſtionem, quod Aduerſarius non fuiſſet homicidij Reus, neque Cooperator, aut verbo, aut conſilio, aut conſenſu, vt in *Summar. Num.17.*, *&* 18. Teſtimoniales Vicarij Generalis, quod Aduerſarius ſemper vſus fuerit habitu Clericali, loquuntur reſtrictiuè vſque ad permanentiam in Ciuitate de Xeres ibi = *Ab ortu ſuo vſque ad annum* 1711. = *Summar. Num.25.*, ideoque excludunt annum 1712. tempus homicidij commiſſi, & tempus quo ille indutus Habitu Laicali, & Militari ſe faciebat Amaſium Puellæ de Medina iuxtà Teſtes datos in *noſtro Summar. Num.23.*, nàm quando vis conſiſtit in tempore illud præcisè eſt probandum, nec valet illatio de vno tempore ad aliud *cap. In præſentia verſic. quarè de probat.*, *Rot. deciſ. 273. num. 2. part.11.*, *& deciſ.31. num.18.*, *& deciſ. 282. num.12. part.16.*, *& coram Celſ. deciſ.318. num.7.*, *& 8.*, *& cor. Emerix Iunior. deciſ.132. num.2.*, *& cor. Bich. deciſ.172. num.8.*, *& deciſ.231. num.6.*

37 Beneuola autèm propenſio huius Reuerendiſſimi Archiepiſcopi ergà Aduerſarium demonſtrata in eius vltima relatione in nulla conſideratione haberi poteſt, quia emiſit in illa multas inſubſiſtentes ſuppoſitiones; Impugnat enìm, quod ipſe remiſerit Reuerendiſſimo Capitulo Hiſpalen. Proceſſum quinque Teſtium de eius ordine factum, quando in alia ſua præcedenti Epiſtola fatetur ſe illum exhibuiſſe Capitulo *Summar. Num.21.* ibi = *Informationem de facti enarrati veritate ſumere feci, ipſamque ad faciliorem Dubij expeditionem Capitulo exhibui.* = Supponit quod Informatio capta per Proceſſum fuerit ſecreta, & penè extraiudicialis, & tamen iſta fuit cum omnibus ſolemnitatibus Iudicia-

libus

libus peracta mediante subdelegatione Iudicis, coram quo, & Notario examinati fuerunt Testes, & compilatus Processus *Summar. Num.*1., supponit insupèr ex Processu de eius ordine facto, quod = *constabit euidentèr nullam Authoris homicidij constantem famam esse, sed semper in incerto manere,* = quod ostendit Archiepiscopum non legisse Processum, ex quo probatur totum contrarium, nempè constantissima publica vox, & fama delicti ab Aduersario commissi cum omnibus conuincentissimis circumstantijs relatis per Testes *Summar. Num.*1. *litt. A.*, *& seqq.*, supponit demùm, quod solùm = *scrupulosa aliquorum Capitularium conscientia in ipsa vaga facti notitia trepidauit,* = quando integerrimi Capitulares tuta conscientia denegarunt possessionem Aduersario propter Processus, & Sententias Tribunalium Laicorum cum publica voce, & fama per Ciuitatem, & Diœcesim deindè probata ex Processu Ecclesiastico *Summar.Num.*1., semper differre studuit remittere Processum ex suo mandato compilàto, quodque numquàm dare voluit responsum de ea circumstantia, quod dictus D. Aduersarius de tempore commissi homicidij incederet in habitu militari, proùt ad nostram Instantiam expositum in nostris Memorialibus fuerat nempè sub diebus 16. Decembris 1724., & 22. Septembris 1725., & ab hac Sac.Congregatione eidem iniunctum *Summar. Num.*25., ità vt nullam mereatur animaduersionem Reuerendissimi Archiepiscopi Informatio adeò erroneis suppositis innixa, vt pasìm firmauit *Rot. in Sagonen. Plebaniæ* 11. *Iunij* 1706. §. *Pluralitas coram bon: mem: Kaunitz*, *&* 10. *Decembris eiusdem anni* §. *Quìn attendenda sit Informatio per Episcopum facta coram bon: mem: Omanna, & in Osnaburgen. Canonicatus* 10. *Iunij* 1718. §. *Hinc parùm releuat cor. Rmo Crispo*.

38 Descendendo nunc ad secundum Dubium = *An sit relaxanda supplicatio nouæ Prouisionis cum absolutione, & dispensatione ad cauthelam,* = dicimus *Negatiuè* respondendum esse, cùm mille vrgeant rationes, quæ impossibilem demonstrant concessionem huius exorbitantissimæ Gratiæ; Et quidem prima ratio nimis clarissima est, dùm supplicationem, de cuius relaxatione agitur Eminentissimus Pro-Datarius remisit huic Sacræ Congregationi ad effectum iudicandi, an esset relaxanda, mediante rescripto in corpore supplicationis manu Eminentissimi Pro-Datarij exarato ibi = *Ad Sacram Congregationem Concilij*, = vt in *nostr. Summ. Num.*20. *litt. B.*, hæc autèm supplicatio continet in totum subreptiones manifestas; Continet enìm, quod ipse Aduersarius fuerit innocens ab homicidio ibi = *Didacus de Villauincentio Clericus de anno* 1712. *homicidio CASVALITER ab altero ex Socijs patrato interfuit, propter quod à Curia Laicali nullitèr, & in contumaciam pœna Capitali damnatus fuit,* = eccè primum

sup-

suppositum falsum, quod ipse merè, & simplicitèr interfuerit homicidio absque vlla cooperatione, cui accedit alterum falsum suppositum, quod illud patrauerit vnus tantùm ex Socijs, sed *casualitèr*, quod paritèr ex duplici Processu, & tot alis, de quibus suprà conuincitur erroneum, dùm homicidium fuit voluntarium, & non casuale, quia prævia rixa verbali cum Hieronymo Aduersarius, eiusque Socius alia nocte armatis Sclopis fecerunt reditum ad nocturna colloquia eis prohibita, ibique Hieronymum miserè interfecerunt, vt superiùs probatum fuit ex *Farinac. de homicid. quæst.126. num.125. cum plurib. seqq.*, *Giurb. cons.2. num.41., & seqq.*, *Torr. in compend. decis. tom.3. in verb. homicidium appensatum*, *Mattheus de re criminal. controuers. numer. 24.*, *Conciol. resolut. crimin. in verb. homicidium num.7., & 8.*, *Panimoll. decis.89. annot.5. num.2.*, *Amayden. de styl.Datar. lib.1. cap.13.num.16.*, vbi in fortioribus ait homicidium esse voluntarium, licèt non præmeditatum ibi = *Qui in rixa occidit, cum armis rem gerat, quibus vt plurimum fit occisio, ac proindè non casu, idest non præter intentionem occidat, erit homicida voluntarius, etsi non præmeditatè homicidium commiserit.*

39 Tertium falsum suppositum fuit illud, quod in actu possessionis ab aliquibus dubitatum fuerit Aduersarium aliquam Infamiæ notam incurrisse, quandò totum Capitulum Hispalen. numquàm dubitauit Aduersarium fuisse prorsùs Irregularem, immò existentem sub periculo Sententiarum vltimi supplicij, & quibus proindè falsis suppositis cùm Aduersarius nouam prouisionem conceperit, hac forma verborum, ibi = *Ideò Orator ad Cauthelam supplicat pro absolutione ab omnibus præmissis cum dispensatione ad Ordines, & beneficia cum noua prouisione dicti Archidiaconatus* = *Summario Num.20. sub litt. A.*, nescitur quommodò relaxari possit supplicatio talis, quæ continet tot falsas suppositiones, & concessionem dispensationis ad solam Cauthelam, ibi = *Ad Cauthelam*; Ergò reijcienda est non autèm relaxanda supplicatio, veluti supponens Aduersarium non commisisse Homicidium, supponens homicidium Casuale, & non voluntarium, supponens demùm simplicem Ceremoniam Gratiæ ad Cauthelam, & non vllam necessitatem; Falsitas enìm petitionis, & narratiuæ totalitèr impedit Gratiam, illamque in radice necat, vbi concessa foret, eo magis, quando agitur de ea concedenda ad *Text. in leg. rescripta ff. de precib. Imperat. offeren.*, & *in leg. præscriptione mendaciorum, & in leg. etsi legibus Cod. si contrà Ius vel vtilit. public.*, & *in leg. fin. Cod. de diuers. rescript.*, & *in Cap. sup. Litteris de rescript.*, *Rot. in Maioricen. Beneficij 6. Decembris 1709. §. Principale igitur coràm bon. memor. Ansaldo*, & *in Meleuitana permutationis Commendarum 13. Ianuarij 1713. §. Obtentio cùm seqq. coràm Eminentissimo Falconerio.*

40 Dùm

40 Dùm igitùr hæc est illa supplicatio, quæ est relaxanda, & quam Eminentissimus Pro Datarius Sacræ Congregationi remisit, eo ipso quod illa continet suggestiones falsas ità vt locus non sit dispensationi *ad Cauthelam*, sed requiratur dispensatio ad duram *necessitatem*, dum Aduersarius est Homicida certus, & voluntarius, & clarè conuictus ex duplici Processu cùm Sententijs Capitalibus, indè sequitur, vt impossibile sit relaxari posse talem supplicationem contrà ipsam rei euidentiam, & necessarium est, vt Aduersarius porrigat in Dataria aliam supplicationem, in qua fateatur veritatem proprij delicti cùm suis circumstantijs, quam certè si porriget Eminentissimus Pro Datarius lacerabit supplicationem novam; In tantùm enìm remisit illam de qua agitur Sacræ Congregationi, quià credidit Aduersarium non esse culpabilem, & solum tractari de mera dispensatione, & absolutione ad Cauthelam proptèr aliquam vocem inanem, & falsam, & meram scrupolositatem dubietatis, qui sunt casus, vbi petuntur dispensationes ad Cauthelam, vt in *Cap. solet, & Cap. Venerabilibus §. Sed si ex Causa de Sentent. Excommunic. in 6., & in cap. veniens 28. in fin. de Testib., Rot. decis. 9. num. 2. de Sentent. Excommun. in nou. Corrad. in prax. dispensat. lib. 5. cap. 1. n. 24. vers. ibi enim.*

41 Secundo loco vbi adesset supplicatio pro dispensatione simplicitèr, non autem ad Cauthelam ex causa homicidij sincerè expositi cùm suis circumstantijs, istà certè numquàm est de genere concessibilium; Si enim Homicida etiàm Sacerdos, & Beneficiatus propter hoc horrendum scelus est deponendus, necnon priuandus Beneficijs cùm abhorreant Sacri Canones in Iure Divino fundati virum sanguinolentum ministrare in Altari, vt legitur *Exod. cap. 21.*, ibi = *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab Altari meo euelles eum, vt mortatur* = *& in Can. Tabernaculum de conseruat. distinct. 1.*, ibi = *Sed propter multum sanguinem, quem effuderat prohibitus est* = & latè *Fagnan. in cap. Herricus num. 27., & seqq. de Cleric. pugn. in ducil.*: Absurdum est, quod simplex Clericus, qui commisit homicidium promoueri possit ad eximiam Dignitatem Metropolitanæ, & ad Ordines Sacros, & Presbyterales, quos Dignitas requirit, nàm Sanguinarios Homines in Ecclesia recipi, & in Altari ministrare abhominatur Dominus, vt in *Cap. sicut dignum §. final. de homicid.*, ibi = *Perpetuò non solùm ab Altaris ministerio deponendos esse censemus, sed etiàm quod in Ecclesijs nullo vmquàm tempore lectiones legant* = *& in Cap. Presbyterum eodem titul.*, ibi = *Qui quemdam puerum &c. percussit in Capite cùm post paucos dies expirasset tam ab omni Altaris ministerio debet perpetuò remouere, quàm ab Officio Sacerdotali deponere* =, & in *Cap. de cętero*

& in

p.2

& in Cap.final.de homicid., Barbos.de potest. Episc.par.2.alleg.39. num.60., Panimoll. decis.73. num.1., & seqq., Vallens. de benefic. lib.1. cap.20. num.2., Card. de Luc. de Pension. discurs. 81. numer. 17., Leo in Thesaurar. For. Eccles. part. 2. cap. 2. num.24.

42 Quod autèm Homicida voluntarius perpetuò remaneat inhabilis ad obtinendum Beneficium, & Ordines Sacros disposuit acerrima prohibitio Sacri Concilij Tridentini *sess.14. cap.7. de reformat.*, ibi = *Qui sua voluntate homicidium perpetrauerit etiamsi crimen id NEC ORDINE IVDICIARIO PROBATVM, NEC ALIA RATIONE PVBLICVM, SED OCCVLTVM FVERIT, nullo tempore AD SACROS ORDINES promoueri possit, nec illi aliqua Ecclesiastica beneficia etiamsi Curam non habeant Animarum conferri liceat SED OMNI ORDINE, AC BENEFICIO, ET OFFICIO ECCLESIASTICO PERPETVO' CAREAT* = attenta autèm huiusmodi strictissima prohibitione Conciliari fundata in Iure Diuino, licèt non dubitetur de potestate Papæ, hoc vnum infallibile est, quod Papa numquam dispensare solet Homicidam voluntarium, vt possit ad Sacros Ordines promoueri, & ad Beneficia Ecclesiastica præsertim Dignitates, vt est communis opinio, de qua testatur *Gloss. in cap.sicut dignum in verb. consilium de homicid.*, ibi = *Aut committitur homicidium voluntate &c. non solùm non debet promoueri, sed in perpetuum debet deponi &c., ET CVM TALI NVMQVAM DISPENSATVR* = ibique *Hostien.num.14.*, ibi = *Si actu voluntario committat homicidium indistinctè Irregularis fiet &c., ET OMNINO' EST INDIGNVS DISPENSATIONE* =, & in *Cap. suscepimus num.7. de homicid.*, ibi = *Homicida voluntarius omninò Irregularis est NEC CVM EO DISPENSATVR* = *Anchoran. num.12.*, ibi = *Primò igitur quæro, an Homicidæ possunt ad Ordines promoueri, dicit Glossa quod committitur homicidium facto, Consilio, præcepto, & defensione, & quocunque istorum modorum voluntariè committatur non debet promoueri, & promotus debet perpetuò deponi NEC CVM TALI DISPENSATVR* = *Specular. in tit. de dispensat. §. Iusta num. 63.*, ibi = *CVRIA ROMANA NON DISPENSAT CVM CLERICO IN HOMICIDIO VOLVNTARIO* = *Rebuff. in prax. benef. tit. de dispensat. cum corpor. vitiat. num. 19.*, ibi = *Super homicidio verò voluntario PAPA NON DISPENSAT maximè quoad Altaris Ministerium etiàm in Regulari* = *Maiol. de Irregular. tit. de homicid.lib.5.cap.48. num.3.*, ibi = *Papa cum voluntario Homicida NVMQVAM DISPENSAT.*

43 Benè verum est, quod alij Doctores dixerunt Summum Pontificem cum Homicida voluntario non dispensare, non tamen, quod exindè detur impossibilitas dispensandi, sed solum de ra-

rò,

rò, & cum difficultate præmaxima, & quandò concurrunt Causæ grauissimæ, vt firmat *Filliuc. oper. moral. tom. 1. tractat. 20. de Censur. cap. 2. num. 52.* ibi = *hanc irregularitatem etiam in ordine ad Papam* ESSE QVODAMODO INDISPENSABILEM, IDEST VALDE DIFFICILEM OBTENTV, *neque enim solet concedi, nisi grauissimis de Causis, quod probat vsus, & congruentia, quæ ducitur ex eo, quod homicidium sit valdè alienum à Diuina lenitate, & misericordia erga homines quàm tamen maximè debet repræsentare Sacerdos* = *Lezzan. in Summ. in verb. Irregularitas num. 72. Maiol. de Irregular. d. cap. 48. num. 3.* ibi = *nisi magna Causa interuenerit ob quam dispenset* = *Barbos. de potest. Episcop. allegat. 39. num. 64.*, vbi quod verba Concilij - *non operantur omnimodam impossibilitatem dispensandi, sed* DIFFICVLTATEM PRÆMAXIMAM = *Bonarin. oper. moral. tom. 1. tit. de irregular. disput. 7. quæst. 7. punct. vltim. numer. 1.* ibi = *quamuis Summus Pontifex* MAGNA CVM DIFFICVLTATE *soleat in homicidio voluntario dispensare* = *Tabien. in Summ. in verb. Irregularitas 5. num. 1.* alij verò dixerunt, quod Papa solum dispensare solet cum eo qui Religiosus sit, vel esse velit in aliquo Mendicantium Monasterio, vt ait *Couar. in Clementin. si furiosus de homicid. part. 2. §. 3. num. 3. versic. in hoc tamen* ibi = *Conueniunt omnes difficillimè obtineri hanc dispensationem a Summo Pontifice, nisi pro eo qui Religiosus sit, vel esse velit in aliquo Mendicantium Religiosorum Monasterio* = vbi allegat *Ludouic. Gomes. & Staphil.* & concordat *Piringh. in Ius Canonic. lib. 5. tit. 5. de homicid. sect. 5. §. 3. num. 125.* ibi = *solet autem Papa ferè tantùm dispensare cum eo, qui Religiosus est, vel esse vult in Ordine aliquo Religiosorum Mendicantium* =

44 In hac autem duplici opinione Doctorum, quorum aliqui dixerunt Papam numquam dispensare; Alij verò non dispensare, nisi cum difficultate præmaxima, & grauissimis de Causis, vel pro Religioso, aut qui velit fieri Religiosus in Ordine Mendicantium, Sedes Apostolica in praxi recepit distinctionem, quod in iam Promotis Papa multoties dispensat, numquam verò in Promouendis, vt testatur *Fagnan.* olim Secretarius vtriusque Sacræ Congregationis tam Concilij quàm Episcoporum, & Regularium *in Cap. Henricus num. 34. & seqq., & num. 41. de Cleric. pugn. in duell.* vbi distinguendo ait, quod licèt in Promotis dari soleat dispensatio numquam tamen ipse meminit fuisse dispensatum cum Promouendis in Homicidio voluntario ibi = *hanc Irregularitatem Iure Pontificio humano inductam fuisse*, LICET CVM PROMOVENDIS IN HOMICIDIO VOLVNTARIO NVNQVAM MEMINERIM DISPENSATVM = *Monacell. in formular. for. Eccles. tom. 4. in supplem. ad tom. 2 num. 321. fol. 66.* considerando obstaculum Concilij Tridentin

hæc

hæc ait, ibi = *Quartò quià hodie Irregularitas quæ prouenit ex homicidio voluntario præsertim publico* EST INDISPENSABILIS ADEO VT ETIAM PAPA ABSTINEAT A DISPEMSATIONE, ET RARISSIME, VEL NVNQVAM REVM HABILITAT *attenta dispositione Concilij sess. 14. cap. 7. de reformat.* = *Ros. de Execut. litter. part. 1. cap. 6. num. 343.* ibi = *in his dispensationibus, seù absolutionibus notandum est, quod quandò homicidium est voluntarium difficillimè dispensatur per Sedem Apostolicam, & faciliùs cum Promoto*, CVM PROMOVENDO VERO QVASI NVNQVAM, VT OBSERVANT PRACTICI, ET EGO SIC VIDI OBSERVATVM IN CVRIA =

45 Et juxtà hanc opinionem, quæ viget in praxi cum Promouendis numquam conceditur dispensatio ad Sacros Ordines, aut benefícia Sacrum Ordinem annexum habentia, vt testatur *Corrad. in prax. dispensat. lib. 4. cap. 1. num. 14.* ibi = *sic etiam praxis ista seruatur in dispensatione super homicidio per Clericum primæ tantum Tonsuræ patratum, quo Casu committitur Ordinario, vt secum dispenset quoad vsum Clericalis caracteris illiusque priuilegiorum, & ad quatuor minores Ordines, ac ad simplicia, seù aliàs sine Cura, & Sacrum Ordinem non requirentia Beneficia Ecclesiastica tantum, vel* CITRA DISPENSATIONEM, ET ASCENSVM AD SACROS ORDINES ET BENEFICIA CVRATA, AVT ALIAS SACRVM ORDINEM ANNEXVM HABENTIA = & concordat *Nicol. in floscul. in verb. Irregularitas sub num. 20. Amayden. de styl. Datar. lib. 1. cap. 13. num. 7.* ibi = *hæc narratiua est necessaria vt ex ea appareat homicidium expositum esse casuale, non voluntarium*, NAM IN VOLVNTARIO NON DISPENSATVR SALTEM QVOAD ORDINES *juxtà dispositionem Concilij Tridentini sess. 14. cap. 7. & num. 27. circa fin. & num. 28.* refert casum homicidij multum excusabilis, in quo Sacra Congregatio dispensationem denegauit, & concordat *Marant. respons. 67. n. 16. tom. 4.*

46 Quæcunque istarum opinionum accipiatur certissimum est, quod Aduersarius tamquam homicida voluntarius non est dispensabilis, neque datur exemplum, aut casus concessæ Dispensationis cum huiusmodi Homicida ad effectum vt promoueri possit ad Ordines Sacros, vel Beneficia Ordines Sacros sibi annexos habentia juxta opinionem quæ habetur in praxi firmatam ex communiori opinione Doctorum, de quibus supra, ea ratione, quod iste appellatur maximus gradus Dispensationis, vt ait *Fagnan. in dicto cap. Henricus n. 24.* ibi = *tres sunt gradus Dispensationis, primus cum dispensatur in aliquo homicidio voluntatis, vt ministret in minoribus ordinibus, secundus cum dispensatur, vt ministret in maioribus, tertius cum dispensatur in eo*, QVI NON EST PROMOTVS, ET HIC EST MAXIMVS GRADVS

DIS-

DISPENSATIONIS = Vndè meritò non conceditur, nec concedi solet huiusmodi Dispensatio in gradu maximo juxta praxim & stylum Sedis Apostolicæ, quæ probat voluntatem Summi Pontificis, nam qualis est praxis, & stylus Datariæ, & Sedis Apostolicæ, talis est voluntas Papæ, & quod fieri non solet dicitur impossibile, vt firmant *Card. de Luc. de benef. disc.52. n.17. & de pension. disc. 12. num.7. Adden. ad Buratt. decis.510. n.11. Adden. ad Gregor. decis.150. num. 11. versic. idem etiam Rot. coram Card. Caprara decis.688. num.22. & in recent. decis.88. numer.12., & in Foroliuien. Parochialis 26. Aprilis 1706. §. Præmaximè cor. bo. me. Omanna.*

47 Immò si attendatur etiam opinio in genere aliorum Doctorum, de quibus suprà dicentium Dispensationem hanc non concedi per Papam, nisi cum difficultate præmaxima, & grauissimis de causis, adhuc juxtà hanc opinionem nescitur quommodò prætendatur adeò exorbitans dispensatio, dum non constat de his grauissimis causis, quæ tales dicuntur, vbi respiciunt vtilitatem publicam; In casu autem isto nulla concurrit causa imaginabilis nec publica, nec priuata, nec maxima, nec minima, in qua fundari possit exorbitantia gratiæ adeò maximam difficultatem habentis, & notabile est, semperque recurrit illud *Fagnani* dictum in allegato *cap. Henricus num.*41. nempè quod = *cum promouendis in homicidio voluntario numquam meminerim dispensatum.*

48 Tertio loco tantùm abest, vt subesse valeat vlla imaginabilis causa dispensandi, vt versa vice vrgeat in immensum contraria, & grauissima causa nullo modo dispensandi in statu, & terminis, in quibus iste Clericus Homicida reperitur, reflectendo, quod vrget contrà ipsum, & adhuc viget Processus Tribunalis Laici cum duabus sententijs eum condemnantibus in pænam vltimi supplicij ab Ecclesiastica Curia non reclamatis, nec impugnatis; Vrget contra ipsum inimicitia cum Consanguineis Occisi, de qua testatur Reuerendissimus Archiepiscopus in sua nouissima Relatione, in qua fatetur Ferdinandum de Medina Nepotem Occisi ipsum Archiepiscopum rogasse, vt operam daret = *nè Didacus Villavincentio in hanc partem redijsset* = Vrget contrà ipsum Processus nouissimus Superioris Ecclesiastici, vbi quinque Sacerdotes de publica voce, & fama deponunt de hac inimicitia cum Consanguineis Occisi, qui pro indubitato Occisore eorum Patrui habent Aduersarium, ita, & taliter quod pacem, & reconciliationem ei numquam dare voluerint, licèt dederint Francisco de Ponce *Summ. num.1. litt. A. & seqq.* In his autem circumstantijs incongruum, & inauditum prorsùs est, quod Aduersarius prætendat dispensationem pro conspicua Dignitate obtinenda in Ecclesia Metropolitana Hispalensi, quia cum Instantia de Iure Canonico sit perpetua etiam in materia, & Iudicio Crimi-

na.i

nali *Berous consil.* 1. *num.* 17. *lib.*3., *Faguan. in cap. Venerabilis num.*2. *de Iudiciis Fenzon. ad Statut. Vrb. cap.*8. *num.*20. *Scacc. de Iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 37., *Antonell. de tempor. legal. lib.*2. *cap.*51. *num.*7. *Card. de Luc. de Iurisdict. disc.*12. *num.*4.

49 Indè sequitur, vt dare nouam prouisionem D. Aduersario cum huiusmodi exorbitanti gratia dispensationis esset periculosum genus promotionis in graue detrimentum, & dedecus Ecclesiæ Metropolitanæ, & Ordinis Ecclesiastici, dum ad instantiam Consanguineorum Occisi Tribunal Laicum procederet ad capturam Condemnati in pænam Capitis, & videremus promotum ad Dignitatem Hispalensem in Carceribus Curiæ, & in periculo vltimi supplicij; Si verò Curia Ecclesiastica vellet causam auocare, & grauiùs esset inuolucrum primò inter Curias, & deindè in materia Processus, interim coacto Aduersario fugam arripere deserta penitùs Ecclesia, & Iustitia sic exigente quando ex defectu Iurisdictionis Curia Ecclesiastica vinceret pro auocatione causæ, & confectione Processus, jàm delictum esset in aperto, quia Processus Ecclesiasticus nullam habet exceptionem; Testes verò Processus Laici exceptis Testibus mortuis repetendi forent, & examinandi noui Testes, scilicet Franciscus de Ponce, Augustinus de Espinola, qui pace habita compositionem reportarunt à Fisco, seù ex gratia Serenissimi Regis, & sic esset mittere ad Ecclesiam adeò Insignem vnum Clericum non solùm processatum, sed etiam existentem sub periculo vltimi supplicij inflicti per Curiam Laicalem, aut inferendi per sententiam Iudicis Ecclesiastici cum priuatione Beneficiorum, & Dignitatum, & Bonorum cum in fortioribus receptum sit, quod vbi Reus de homicidio non sit definitiuè absolutus, semper potest ex nouis indicijs iterùm molestari, quamuis fuisset absolutus cum clausula = *ex hactenùs deductis* = quemadmodum communiter firmarunt *Farinacc. quæst.*4. *num.*23., *Lotter. de re benef. lib.*2. *quæst.*31. *numer.*145. *vsque ad* 149. *Pignatell. consult.*19. *num.*9. *tom.*7. *Charthen. decis. criminal.* 72. *num.* 79., *Rot. coram Bich. decis.* 653. *num.* 15., *&* *decis.* 669. *num.* 14., *&* *coram Priol. decis.* 94. *num.*5.

50 In quo sanè rerum discrimine non adest casus nec exemplum, quod vnquam concessa fuerit Dispensatio, quia = *non est prudentia promouere eum, qui potest cràs pro eodem delicto ad Carceres reuocari, prout superuenientibus nouis indicijs posse ad Carceres illum reuocari, & pro delicto molestari probant Farinac. &c. Cabal. &c. Chartar. Rot.* = sunt verba *Raynald. obseru. crimin. tom.*4. *in supplem. ad cap.*32. *supplet.*7. *num.*241., & confert *Pignatell. consultat.*19. *num.*5. *tom.*7., & probat praxis in hac materia recepta, quod in huiusmodi casu fieri solet expressio, quod Orator habuit pacem cum hæredibus Defuncti, ac Fiscum concordauit, vt no-

notat *Rof. de execut. litter. par. 1. cap. 6. num. 345.*

11 Neque aliter hæc Sacra Congregatio ea, qua pollet prudentia, & scientia in facilioribus terminis procedere solet, vt omissis alijs exemplis nuper seruatum fuit *in S. Seuerinæ*, vbi Sacra Congregatio denegauit dispensationem Sacerdoti, qui habebat sententiam absolutoriam cum clausula = *ex hactenus deductis* = super asserta complicitate in homicidio, & aliam sententiam in Vrbe latam, quæ eum dimittendum esse definiuerat, & relaxandum cum cautione de se repræsentando, & Sacra Congregatio denegauit illi licentiam celebrandi Missam, eo quia vigebant adhuc Iura Fisci nouis superuenientibus Indicijs, *vt ex Resolutionibus 12. Ianuarii, & 13. Aprilis currentis anni 1726.* quæ resolutio datur *in calce Restrictus.*

12 Sic etiam in vna *Vratislauien.* quidam ex causa homicidij sibi falsè obiecti propter quod fuit in contumaciam ad sententiam capitis damnatus supplicauit Papæ pro dispensatione ad effectum, vt ad Sacros Ordines promoueri posset; Sacra Congregatio audito Ordinario, qui eum innocentissimum esse retulerat, & pro dispensatione Votum suum dederat, non aliter concedere voluit dispensationem, sed rescripsit = *reportata reuocatione sententiæ supplicet pro dispensatione ab Irregularitate* = *vt ex resolutione 19. Augusti 1724. quæ pariter datur in calce Restrictus.*

13 Vnde non percipitur, quo fundamento tanta facilitate prætendatur, adeò exorbitans Dispensatio in discrimine Vitæ, in qua reperitur Aduersarius, cui prius consulere debebat, quam cogitare honores, & promotionem ad splendidam Dignitatem, Metropolitanæ Hispalensis, licet enim suum Delictum non admittat Dispensationem juxtà praxim, & stylum inuiolabilem iam suprà relatum, adhùc tamèn Aduersarius debebat prius se componere cum Hæredibus Occisi, & Fisco Laico, & Curia etiàm Ecclesiastica, & deindè rebus compositis cogitare de obtinendis Dignitatibus honorificis in adeò conspicua Ecclesia Hispalensi, dùm etiam in Casibus, vbi arbitrium dispensandi intrare potest, nempe in casu Innocentiæ, vel diffamationis falsæ, aut incertæ, adhùc Reus se prius expurgare debet, & obtinere reuocationem Sententiæ, aut compositionem habere, cum quibus debet.

14 Hinc nullam habet applicationem terminis nostris authoritas *Fagnan. in cap. Vestra num. 139. de Cohabit. Clericor., & Mulier.*, dùm casus, quem refert est omninò contrarius nostro, dùm Presbyter fuerat condemnatus per Iudicem Laicum, vti particeps Homicidij, quando erat Innocens, vbi meritò Sacra Congregatio declarauerat illum non contraxisse Irregularitatem, ibi = *Presbyter Sarsinatensis in Contumaciam à Iudice Laico condemnatus, vtì particeps cuiusdam Homicidij, CVIVS VERE' INNOCENS*

CENS ERAT, *obtinuit à Congregatione Concilij declarationem ex hac Sententia nullam se infamiæ notam esse*, *aut Irregularitatem contraxisse* =, & propterea nescitur quid faciat ad rem ista declaratio, quando in illo casu Sententia Iudicis Laici declarata fuerat inualida, & nulla, Presbyter verè Innocens erat, vt adnotatum reliquit *bon*: *mem*: *Altouitus* olim Sacræ Congregationis Secretarius *in Eugubina Irregularitatis* 1. *Septembris* 1685., & totum oppositum verificatur in casu isto, vbi indubitantèr constat de Homicidio per Aduersarium patrato.

55 Quartò demùm loco reflectendum est, quod petitur Dispensatio contra legitimum Contradictorem, vt est Principalis noster, qui impetrauit Dignitatem ex hoc Capite Delicti iuxtà Supplicationem datam *in Summario Num*.19., non obstante, quod deficiat perfectio Gratiæ per Signaturam, & Datam, quia satis est ab Eminentissimo Prodatario fuisse Datum Principalem nostrum pro legitimo Contradictore ad impediendam Dispensationem iuxtà Decretum Datariæ datum *in Summario Num*.20. *litt*.*B*., cum enìm in Iudicio Ius quæratur per appositionem *Rota coram Bich. decis*.286. *num*.11., *& seqq*., *& in Eisteten. Præcedentiæ* 25. *Iunij* 1717. §. *Replicatione coram R. P. D. Corio*, indè resultat, vt in præiudicium Principalis nostri, eo minùs tamquam Collitigantis, eo minùs concedi valeat huiusmodi Dispensatio, vt firmant *Speculator in tit*.1. *de Dispensat*. §. *Qualitèr num*.7., *&* 8., vbi quod dispensando tali casu fieret præiudicium, alteri maximè si agatur de Crimine, in quo aliquis perseuerat in sua Contumacia, *Gambar. de Offic. Legat. lib*.10. *de Dispensat. numero* 317., vbi quod Beneficium debetur Impetranti, *Rebuff. in Prax. Benefic. tit. de mod. amitt. Benefic. num*.54., *Farinacc. de Homicid. quæst*.119. *num*.60., *Paris. de Resignat. lib*.3. *quæst*.16. *num*.52.

Quarè &c.

Franciscus Maria Pitonius)
Macarius de Valentibus) *Aduoc.*
Ioannes Faber)
Dominicus Vestilius.

Acerdos Leonardus Cacurri vſque de anno 1710. inquiſitus de Complicitate in Homicidio, & Sententiam abſolutoriam reportauit ab Ordinario cum clauſula *ex hactenùs*.
ſequelam huius Reſcripti Sacerdos Miſſam celebrauit ſpatio 15. annorum; Reaſſumptaque Cauſa ad Auditorem Cameræ reuocata fuit 1723. Sententia in Partibus lata == *Ex hactenùs deductis &c.*
cerdos spontè ſe conſtituit in Carceribus Vrbis, diſcuſſaque Cauſa die 28. Iulij 1725. publicata fuit Sententia, in qua dictum fuit eum dimittendum eſſe, & relaxandum cum cautione de ſe repræſentando in ſumma ſcutorum biſcentum, & prouiſum, ne oriantur ſcandala, eidemque inhibendum, ne accedat ad Ciuitatem, & Diæceſim Sanctæ Seuerinæ ſub pænis etiam corporalibus.
ſt emanatam hanc Sententiam Orator ſupplicauit pro licentia Miſſam celebrandi, auditoque Domino Florellio, hìc ſentit non eſſe locum petitæ licentiæ *ratione publicæ diſſamationis, & vigere adhùc Iura Fiſci reaſſumendi infra biennium Inquiſitionem nouis ſuperuenientibus Indicijs*.
oherentèr ad hæc in Congregatione habita die 12. Iunij 1726. reſponſum fuit *lectum*, cumque Sacerdos renouet Preces in præſenti reſcriberem *In Decretis*.
ie 13. Aprilis 1726. *In Decretis*.

Vladiſlauien.

Libellus à Sanctiſſimo. Remiſſus.

B

uplici Irregularitate irretitus Boguslaus Somichi Vladiſlauien. ex Cauſa Bigamiæ, ſcilicèt eo quia duas duxit Vxores Viduas, & ex Cauſa Homicidij ſibi falsè obiecti, propter quod fuit in Contumaciam ad Sententiam Capitis damnatus; Supplicauit Sanctiſſimum Dominum Noſtrum, pro diſpenſatione ad effectum, vt ad Sacros Ordines promoueri poſſit; Remiſſiſque à Sede ſua Principibus ad hanc Sacram Congregationem auditoque Ordinario Vladislauien., ipſe omnia expoſita comprobauit, aitque Oratorem eſſe Innocentiſſimum, & fuiſſe in tantum ad pænam Capitis in Contumaciam damnatum, in quantùm voluit ex ſolo amore Proximi non reuelare, concludendo tamen poſtremo exorans Idem Ordinarius, vt petita Diſpenſatio concedatur, cum Orator extrema inopia laboret, & ſcientia, morumque probitate adeò præſtitus ſit, vt Eccleſiæ futurus ſit utilis, & neceſſarius.
Die 19. Auguſti 1724. *reportata reuocatione Sententiæ ſupplicet pro Diſpenſatione ab Irregularitate*.

SACRA CONGREGATIONE

CONCILII

Rm̃o P. D.

LAMBERTINO

SECRETARIO

Hispalen. Archidiaconatus.

PRO

R.D.Ferdinando Martines de Auila.

CONTRA

D.Didacum de Villauincentio.

Restrictus Facti, & Iuris

Typis Zinghi, & Monaldi 1726.